



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

§. 2. An promulgatio, seu notitia priuilegij ad privilegium requiratur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

Et non in iure ad agendum, hoc est, quæ constituit in sola concessione Principis, non in potestate ad aliquid ex concessione faciendum. Quapropter dicunt Doctores statim referendi, dispeulationem factam alicuius irregulatatis; & inhabilitatis, remissionem obligationis contractæ, confirmationem alicuius facti validam esse litteris non expeditis: at vel ò gratia seu facultas facta alicui, ut aliquid operetur, quod alias efficiere non poterat, nulla est, quovalque littera expediantur, sic Bald. in l. falsus, num. 21. Cod. de furis, & ex illo tradit Molin. lib. 2. de primogen. cap. 7. n. 57. & seqq. Gutier. quæst. canon. lib. 2. cap. 17. n. 4. & quæst. præl. lib. 2. q. 7. n. 2. Auendano l. 43. Tauri. gl. 2. n. 2. Man. Rodi. q. reg. tom. 2. q. 46. art. 8. Matienz. lib. 5. compil. 6. 7. l. 1. gl. 2. 3. 4. & 5. & indicat (hæc obserue) Azezed. ibi n. 1.

Ex qua doctrina inferri supradictus Molin. Matienz. & Azezed. non esse validam licentiam concessam à Regno nostro instituendam maioratum, quovalque subscrivat, & litteris expediat concessione: & inclinare videtur in hac parte noster Molin. tom. 3. disp. 599. numer. 3. non ob rationem generalem præt. & priuilegiis ad aliquid agendum, sed ob peculiaria illa, quæ in hac gratia certiorum. Secundò inferit Guicciard. endem quæst. 75. num. 2. & Man. art. 8. licentiam concessam à Pontifici Episcopis ad testandam, non valere, quovalque littera expediantur, quia est ad aliquid agendum. Terter infundit supradicti DD. omnes illas gratias, quæ ad aliquid faciendum sunt concessæ, queque, ut ipsi dicunt, non habent esse perfectum, perire mortuo concedente, neque à successore expedi.

9. Verum admittenda non est, hoc limitatio, sicut neque illam admittit noster Molin. disp. 599. num. 4. Suarez. lib. 8. c. 2. n. 4. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 2. q. 5. circa fin. Thom. Sanch. lib. 8. c. 29. n. 7. quia iure naturæ ad committendam alicui iurisdictionem, & facultatem ad aliquid agendum, non requiriur seipso, ut de se constat; iure autem positivo non iuris iurisdictionem, ad omnes actus, sed solum ad iudicandum: & hoc non ex iure communis, sed ex reg. 25. Cancell. Ergo sine fundamento firmo hæc conditio expulsaatur. Quapropter inferendum Azor. & noster Molin. validam esse facultatem ad testandum, ad institendum maioratum, ad eligendum Confessorem, qui absoluta reteratur, ad non testandum iuris iurium, ad celebrandum tali hora, & tempore facultum, ad sufficiendos ordines non servitatis interstitiis, vel extra tempora, vel ante legitimam aitatem, ad locandas indulgentias, & alia similia; etiam litteræ non expediantur, sed solum verbo placebit facta concessio: consentia Nicol. Gare. 6. p. de benef. cap. 2. circa fin. à n. 350.

## §. II.

An promulgatio, seu notitia priuilegij ad priuilegium requisatur.

1. Requiritur promulgatio, ut alij priuilegiatum non impediatur, & quæ sufficiat.
2. Quid dicendum de priuilegio, quatenus favor est priuilegiatus? Notatur distinctio priuilegorum pro declaracione.
3. Non consenserit priuilegium concessum, quovalque illius notitiam habens.
4. Satis citanda obiectioni.
5. Limitatur ad aliquibus, ut intelligatur de priuilegiis gradibus, non resumeratores. Sed non admittitur.
6. Secundo limitatur, ut ante acceptationem, seu notitiam priuilegiati non habeat suam vim integrum, tametsi non posse revocari a concedente? Non admittitur.
7. Priuilegium non expostulat notitiam illorum, in quorum damnum credit.
8. Exerce nisi priuilegio tollatur alieni tertio ius quæsumus.
9. Scientia priuilegij requiriatur in priuilegio per se, & directe, secus in indirecte priuilegij.
10. Quæ acceptatio sufficiat? Sufficit facta per procuratorem, notarium, &c.
11. Limitatur aliqui, ut non intelligatur de priuilegij, quem sequuntur incolentes dispensationem.
12. Non admittitur limitatio.
13. Proponitur obiectione, quadam, & solvitur.

**E**X superioribus constat priuilegium habere rationem legis, non quidem respectu illius, in cuius saeuentem est concessum, sed respectu aliorum, quia ipsi vel ex iure ipso naturali, vel ratione praæcepti in priuilegio lati, tenent non impeditre priuilegij vim.

Si ergo de priuilegio, quæcaus inducit obligationem in his, qui formaliter priuilegiati sunt, loquamus; etiam enim esse debet indigere promulgatione, quæ sufficiens priuilegium manifestet: cum quia in hac parte priuilegium habet rationem legis, seu praæcepti: cum quia praæcepti, & legis obligatio esse non potest, vbi non est illius notitia. Hæc autem notitia non debet dati publicatione solemni, nisi priuilegium sit viager-

sali lege constitutum: quale est latum in Extraang. 1. de reliq. & vener. Sandor. & Clement. unica de Baptismo, & aliis, quæ priuilegia, quæ non viuenterali lege, sed particuliari indule, & testamento conceduntur singularibus personis, & communitatibus, singularem commoditatem, & favorem respiciunt. Ergo singularis publicatio sufficit: et enim quæ suffici priuilegioris ad viendum priuilegio, eadem per se suffici alii, ne illius vim impediunt, quia ex uno aliquid necessarij sequitur. At quia sapientia occulta concedit priuilegium, & solum priuilegiorum innocentiarum, ideo necessarium est hanc concessionem aliis etiam manifestari, ut retenant illius vim non impide. Manifestanda tamen est ostensione publici instrumenti, quia publico instrumento sui facta concessio, vel salem manifestari debet per celos omni exceptione maiores, qui de concessione facta, & litteris expedita nullum vitium habentibus testentur, vel salem testentur publicè, & cotam omnibus priuilegiorum vim suffici priuilegium, alia fides perfectam in iudicio non facient, sic Sylvester. verb. exemplio, quæst. 5. & 7. Suarez lib. 8. de legibus, cap. 24. num. 10. Malcard. de prob. conclus. 845. num. 24. in foto tamen conscientiz non tanta probatio requiritur, sed suffici ea, quia prudentem hominem certum reddere potest de priuilegio concessio, qualis est credenda ea, quæ a solo priuilegiato habetur, etiam si ipso iuramento affirmet se habere priuilegium, quia, ut bene dicit Suarez super num. 9. nullus in propria causa ell refutat omni exceptione maior, cui ex obligacione fides sit adhibenda, esto ex urbanitate aliquando credi possit.

2. Verum, si de priuilegio, quatenus favor, & beneficium est priuilegiati, loquamus, certum est, si sit priuilegium per modum legis concessum, indigere promulgatione, sicut & ipsa lex indiget, & consequenter expostula notitiam illius in priuilegiato, citio non debeat singularium aribus intimari: sic omnes DD. referunt; hoc enim non est tam ratione beneficij, quam ratione obligationis inducta ex lege. At si loquamus de priuilegio concessio per modum testam. singularibus personis, vel communitatibus, in quorum commodum, & fidei cedit, varia sunt Doctorum placita. Nam etio communiter dicunt non valere priuilegium, quovalque priuilegiorum illius notitiam habeat, & priuilegium acceptet, toti limitationi adhibent, ut ex illo potius videatur pro regula generali esse flattendum, valere priuilegium absque notitia priuilegiati. Ut ergo cum distinctione procedamus, distinguenda fidei priuilegia, alia sunt priuilegia præter ius, alia contra ius. Priuilegia præter ius voco ea, quibus aliqua iurisdictione, & facultas tibi conceditur, quae communiter non repugnat: contra ius voco omnes dispensationes, & facultates, quibus à iuri communis observatione eximitur. Et quidem posse Principem de plenitudine sue potestatis alium priuilegium concedere multo, & nolenti, res debet esse indubitate: que enim reprobantia ostendit potest, in eo, quod Pontificis habilitet clericum ad matrimonium contrahendum, si eaum commonis expulset, vel dispense cum illegitimo ad ordinis etiam nolenti dispensationem, & obligationem decimandi. & ieiunandi auferat? Impedimenta enim hæc, cum à potestate Pontificis tantum fieri introducta, ab illo solum auferri possunt, & dispensari, nec consensus subditum requiri necessario debet, sic Bonac. disp. 1. quæst. 3. part. 3. n. 4. Salas disp. 20. sett. 14. num. 1. Suar. alios referens lib. 8. cap. 2. n. 15. Adiutorio tamen, nunquam sic intelligendum est factam esse concessionem, nisi clare confitetur.

3. Quapropter regula isti Princeps supremus possit priuilegium quoddam tibi concedere, nulla illius notitia à te habita: atamen nunquam sic censemur concedere, sed eius concessio imbibit tacitam conditionem, dummodo non refusa. Prob. quia hoc expedit recte gubernationi, & beneficia, & mercede Principis exprobonens, & concensuatur: neve datur nisi indigenibus & potentibus. Secundo, quia priuilegium est quedam donatione, quæ ab ipso acceptatione donatur, non censemur habere effectum: sic Menoch. lib. 2. de arbitris. centur. 1. cap. 18. n. 31. Sanchez lib. 1. de marini. disp. 6. n. 10. Suarez lib. 29. & lib. 3. disp. 30. num. 13. & disp. 46. por. totam. Bonac. disp. 1. de legibus. c. 15. num. 11. & seqq. Valp. 3. n. 5. Suar. lib. 8. de legib. c. 15. num. 11. & seqq. Valp. 3. n. 5. & 156. c. 4. m. 30. & 31. Salas disp. 20. sett. 14. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 3. q. 7. & c. 3. n. 10. & alij plures ab eidem relati.

4. Neque obstat aduersus hanc regulam, quod priuilegium acquiratur sole legato, authent, de nupti. & dispens. collat. 4. Sed legatum relatum à testatore acquiritur legatio, etiam ignoranti à tempore mortis testatoris. I. cum patet. §. fundo. ff. de leg. 2. Ergo priuilegium. Non inquit, obstat, quia solum se qui patet in eo, quod utrumque seu quodcumque sit, & priuilegium, & testamentum: ut quodlibet diuersas condicione expostulat ad sui voluntatem; testamentum enim mortis testatoris firmatur, priuilegium vero acceptatione priuilegiari. Neque item obstat l. 2. §. 1. ff. de iudic. vbi ignorantia libi. s. dispensationem iurisdictionem, illam de facto habet, sed prærogatio est quoddam priuilegium. Ergo. Non, inquit, obstat, quia iurisdictione prærogata eadem est cum principali, ac prædicta non est mirum, si ad prærogationem specialis scientia, & acceptatio non requiratur.

5. Septra

<sup>1</sup> Supradictæ conclusio plures limitationes adhibentur. Prima vel intelligatur de priuilegiis gratiosè concessis, non vero de priuilegiis remuneratoriorum; hæc enim esti ex parte non acceptes, neque ilorum notitiam habeas, valida iudicantur, quia tacitè videris illa acceptare cum tem dignum præmio operatis: sic alios refert Menoch. lib. 2. de arbitrar. censur. 2. casu 18. n. 45. & 50. Bonacina disp. 1. ques. 3. punct. 3. n. 15. Sanchez lib. 3. de mar. disp. 36. n. 3. quibus fuerit Barr. in homines populi, si de iustitia. & iur. num. 37. & 38. dicens statutum privilegiorum continens commodum habere effectum absque notitia priuilegiarij; & sic bannum capitem habere debere debet priuilegiarij; & sic bannum capitem habere debet priuilegium a statuto propositum, eti ignoraerit statuti dispositioem.

Sed haec limitatio admittenda non est: tum quia nullus est textus, qui hanc exceptionem affligat, tum etiam quia sola acceptatio, que fôndatur in dignitate operis, est nimis remota, & confusa: ex illa enim solam sequitur ad summum te sic bene operantem esse, ut deinceps premium opere d'goum: at quod sit hoc, vel illud non inferatur. Ergo cum tibi hoc determinatum offertur, acceptatione indiget: alius cogitare acceptare, quod fortè tibi conueniens non est, nec meritis æquale. Deinde expendo modum, quo dari potest hoc priuilegium remuneratorium sine scientia, & cognitione priuilegiarij: dari, inquit, potest generali editio, quo à Princeps constitutum est, faciendum tale opus, tali priuilegio esse affidendum, vel ipso factio affectetur tali priuilegio: vel denique, si pro opere iam facta in illius satisfactione, & remuneracione tam præmio affectetur. Si primo modo premium constituum est, facto opere non conveget priuilegium statim, sed volum obligacionem in Princeps te præmianti: si autem præmium ipso iure constitutum sit, consequtetur quidem illud, sed non in vi meriti, quia non potes mereri, quod oscis esse concedendum, sed consequtetur illud ex conditio apposta, sub qua princeps intendit priuilegium concedere. Ergo si intentio aboluta principis in priuilegiis gratiosis non sufficit sine notitia, & acceptatione priuilegiarij: neque etiam videtur sufficere in huiusmodi priuilegiis sub conditione concessis: sed in omnibus sequitur scientia, & notitia priuilegiū concessa est. Quod idem à fortiori constat, quando priuilegium concedendi ob opus iam factum: tum quia tale opus nullo modo fuit factum ex respectu ad tale priuilegium: tum quia esse priuilegium remuneratorium illius operis, non collit debitum illius acceptationem: ideo enim haec acceptatio in priuilegiis gratiosis expostulatur, ne priuilegia Princeps repellantur, & contempnatur. Quapropter ipse non conferit intentione habere facti gratiam intuito, & voluntati, sed eadem propterea ratio, in modo efficiatur militat in remuneratio priuilegiis, si Princeps ea concedit ignorantia, & non acceptatio: siquidem facta concessione repellere potest priuilegium remuneratorium, ut sibi non conueniens, neque meritis d'goum. Ergo excludenda est haec limitatio conclusio priuilegiis remuneratiis: scilicet etiam excludit Declar. 2. da confit. in 1. lecl. num. 44. & ibi Panorm. num. 7. Alexand. de Neto num. 29. Felin. n. 7. verific. terius limitatio. Beroius n. 48. & lat. Suarez lib. 8. de legibus. cap. 25. & 26. solùmque in eoscula vera est haec doctrina, quatenus Princeps offerens priuilegium bene operanti, reuerteri vi uxori promissionis concedere si operans acceptauerit: & in eo casu non caret difficultas, an requiratur etiam sententia declaratoria operis meritorij: scilicet in legibus ipso facto penam imponendibus, dicimus requiri sententiam declaratoria criminis ante poenam incursum.

<sup>2</sup> Secundum limitatio, ut priuilegium ante acceptationem, & notitiam priuilegiarij, non habeat suam vim integrum, & valet, habere ramen aliquem effectum, scilicet, ut non possit à concedente revocari: sic Decius, Alexander, & Felin. suprà Bald. in 1. beneficium, n. 15. ff. de constit. Princeps. Cardin. in pcam. Clemensinarum, verbo uniuersitatis, q. 5. & fundatur in cap. 5. lib. 2. de proband. in 6. vbi collatio beneficii absentia facta, etio non habeat effectum integrum, quovisque acceptatio, revocari tamen non potest.

Vero neque haec limitatio admittenda est, quia aliud est beneficij Ecclesiastici collatio, aliud priuilegi coæcessio, concede namque priuilegium non tenet Princeps: at beneficium conferre tenet: cum igitur conseruo etiam absentia functus fuerit officio suo, non est mirum, ut non possit beneficij collatione revocari, sed debet expectare consensum eius, cui facta est: at priuilegiū concessio, cum sit quedam liberalis donatio, quoque a priuilegiato acceptatum non sit, potest à donante revocari: & ita tener alios refert Couart. 3. varia. rum. cap. 16. n. 1. Menoch. casu 185. num. 46. & 47. Thomas Sanchez lib. 2. de mar. disp. 36. num. 4. Bonacina disp. 1. ques. 3. punct. 3. n. 12. & 13. Suarez lib. 8. cap. 25. n. 7. Adde dispositiōne illius cap. si tibi absensi, esse speciem in beneficiis, propter eorum perpetuarem. Ergo non est excedenda ad priuilegia, in modo neque ad alia munera, & officia Ecclesiastica, & facultaria, quanvis concedens obligatus sit illa conferre: alias Princeps affligans Petrus pro gubernatione aliegius prouincia, affligitionem revocare non posset, quovisque Petrus Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

acceptet; quod falsum est: sicut enim post acceptationem potest illum revocare, poterit à fortiori ante acceptationem. Item hæc obligatio non revocandi priuilegium oriri poterat, vel ex iure naturali, vel positivo: non ex iure naturali, quia ex illo non cenetur facta donatio irreuocabilis, quovisque acceptet donatus, quia sub hac conditione ceneretur facta: ut multis probat Sanchez lib. 1. disp. 6. à num. 3. Ergo siue donatio sit facienda ex obligatione, hæc ex mera voluntate, nunquam censetur facta irreuocabiliter, quovisque donatus accepterit, quia respectu illius, cui fit, semper est gratia: ex iure autem positivo solum in beneficiorum collatione disponit, quod in supremum Princeps non arcat sed illo non obstante, poterit revocare priuilegium non acceptatum: de aliis materiae nulla est dispositio à iure. Ergo non est ad alias materiae extendendum. & ita tentare videtur Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 23. quest. 7. Salas disp. 17. secl. 5. sub num. 37. Suarez cap. 15. num. 7. in prime.

<sup>3</sup> Tertiò limitatur, ut priuilegium requirat scientiam, & acceptationem priuilegiarij; secus vero illorum, in quorum damnum cedit: sic Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 18. n. 18. Dec. & Felin suprà Roman. concil. 130. Sanchez disp. illa 3. n. 8. Bonacina disp. 1. de legib. ques. 3. punct. 3. n. 14. & 15. Suarez lib. 8. cap. 15. n. 28. & 30. Mouentur ex c. 1. de concess. proband. in 6. verific. dicebat autem ad finib. Nam si aliqui à Sede Apostolica concedatur, quod excommunicari non possit, licet in forsitan sua ignorare Episcopos, non tamen propter hoc eius ligatur sententia. Et paulo infraets: si aliqui conferendi probandam aliquam à Sede Apostolica tribuuntur potestas, ex hoc ipso videatur, quod sit Episcopus conferendi tunc tam penitus iniuriosa facultas. Verum haec limitatio non est limitatio nostræ conclusionis: quid enim mirum, quod priuilegium non expostulet notitiam, in quorum damnum cedit, cum illos accipiatur non requirat, neque respectu illorum sit priuilegium?

<sup>4</sup> Adiutor tamen, licet ex ratione priuilegiū non petatur notitia illius in alio, quam in priuilegiario: at si per priuilegium revocetur ius quædam tertii, censio notitiam priuilegiū illi dandum esse, quia non debet praesumti velle Princeps priuilegium aliquem in se iure suo: et enim bono communis, & suam gubernatione non leviter damnificativa talis priuilegio, & ex alia parte est valde expediens damnificatum monere, vi possit, si velit, se opponere. Quod, meo iudicio, expedit deciditur in cap. cum persona, de priuilegiis in 6. vbi ligatur excommunicatione ordinarij, & delegati exemplis, qui priuilegiū, seu præscriptiois, quibus ad ordinarii iurisdictione se defendit, non fecerit plenam fidem: & in cap. si dubius de appellat, vbi ex priuilegio appellans ad Rom. Pontificem ligatur excommunicatione ordinarii, nisi iudex cognovet eum ad audienciam Romani Pontificis appellasse: vbi glossa verbo tenet, dicit, quia debuit ire, & allegare priuilegium suum, ex c. cum parati, eodem sit, de appellat. & si quis ex aliena, ff. de re ind. ex quaenam enim causa quis vocetur, debet ire ad praetorem. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Neque oblat textus in cap. 1. de concess. proband. in 6. vbi ignorante Episcopo eximitur quis ab eius censura: nam vt bene explicat Suarez. illo cap. 15. n. 30. fine, hoc intelligendum est, quando iudex non petit offenditum priuilegiū, & sufficiens tempus elapsum est, in quo posset illius priuilegium consequi, & per illum stetit, vel easlo accidit, vt non haberet.

<sup>5</sup> Quartò limitari potest ad priuilegium dictum, etiam per se; secus vero de priuilegiato indirecto, & per accidentem: in hoc enim non requiritur scientia, notitia, & acceptatio priuilegiū. Explico limitationem. Concessum est priuilegium alieni communiat pro omnibus fociis illius lucrandi indulgentias, absoluendi à peccatis, quilibet ex illa communitate illo priuilegio gaudet, eti ignorantiam illius habeat. Item clericus conjugatus si habeat omnes conditiones à iure requisitas, priuilegio fori gaudet, eti illius ignorans sit. Item obiviuisti dispensatione de affinitate, consanguinitate, aliove impedimento communi cum puerla, quam ducere intendis, puerla etiam censetur dispensata, eti ignorans sit. Et ratio omnium est, quia per quadam consequentiam, & necessariam illationem hoc priuilegium in his personis ignorantibus sequitur: & ita docet Suarez lib. 8. cap. 25. num. 17. Bonacina disp. 1. ques. 3. punct. 3. n. 2. in 2. edit. Heortiquez lib. II. de matrim. cap. 3. n. 6. in comment. lit. H. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 26. n. 6. Haec ramen limitatio, seu potius explicatio conclusionis verisimilis est.

<sup>6</sup> Sed inquires, qua scientia, notitia, & acceptatio priuilegiū sufficiat, ut vere priuilegium tibi concessum valorem habeat?

Communis sententia docet sufficere, si acceptes per te, vel per tuum notarium, aut procuratorem, aut per epistolam à te missam, quia beneficium petis: illa enim est anticipata acceptatio, & sub conditione si Princeps consenserit. & ultra dictas acceptationes nullam esse sufficientem, sic docet Bonacina disp. 1. ques. 3. punct. 3. n. 5. Salas disp. 17. secl. 5. sub n. 18. concil. 2. & disp. 20. secl. 14. n. 109. Suarez lib. 8. cap. 25. num. 1. & 2. & lib. 3. disp. 1. n. 8. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 6. n. 3. & 10. & lib. 3. disp. 1. n. 8.